



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CL. Aebtissin und Probst des Nonnenklosters zu Prenzlau geben ihre Zustimmung zu der Altarstiftung in der Kapelle des heil. Geisthospitals, am 17. September 1374.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

rado ejus filio ac ipsius heredibus vt premittitur ab hoc medio penitus sublatis prememorati Altaris ius Patronatus ad magistros ac alios fratres dicte Gulde et Vnionis piscatorum perpetuis temporibus pertinebit sub formis et modulis preexpressis. Prefati etiam magistri et fratres dicte Gulde et vnionis intendentes saluti animarum suarum ac fratrum suorum, in dicta Gulda defunctorum promiferunt agere memoriam ipsorum cum vigiliis et missis videlicet in festo Penthecostes, feria secunda de Vespere cum Vigiliis ac feria tertia cum missis aut in aliis diebus, si aliquid canonice obfisteret ad hoc opportunis, ita quod quilibet frater aut soror dicte fraternitatis ipsorum piscatorum ad missam offerent vnum denarium Brandeborgensem aut alios denarios equivalentes. Acta sunt hec anno indictione pontifice et aliis quibus supra presentibus discretis viris Domino Liczyck, Altarista in Premzlaw, Johanne Gustow, Nicola Brabant, Nicolao Morner et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Rodolphus Suanerbergh, Clericus Caminensis Dyocefeos, publicus autoritate Imperiali Notarius, omnibus et singulis premissis vna cum dictis testibus presens interfui, que fieri vidi et audivi, per alium conferibi, feci et in hanc publicam formam redegere subscribendo eaque signo meo solito signavi requisitus in testimonium omnium premissorum.

Aus einem Copialbuche.

CL. Aebtissin und Propst des Nonnenklosters zu Prenzlau geben ihre Zustimmung zu der Altarstiftung in der Kapelle des heil. Geisthospitals, am 17. September 1374.

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Phylippo, Caminensis Ecclesie Episcopo, Marghareta de Jagow, Abbatissa, Katherina Albrechten, Priorissa, Hinricus Dedelow, Prepositus totusque conuentus sanctimonialium in Premzlaw cum debita obedientia, orationes in Domino tam continuas quam deuotas. Vestre paternitati Reuerende pateat per presentes, quod ad fundationem et dotationem Altaris fundati et dotati in Capella Hospitalis sancti spiritus cum quibusdam Eleemosinis iuxta tenorem cuiusdam instrumenti publici desuper confecti videlicet sub honore beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Mathei Jacobi, Thome et Bartholomei, nostrum plenum dedimus consensum et per presentes saluo nostro iure damus atque approbamus, Vestram paternitatem humiliter exorantes, quatenus de cetero vt Christi fidelibus cultus diuinus amplius augeatur et ne prefate Eleemosine in dicto Instrumento contente vsus redeant ad profanos, prefatam fundacionem ad dotacionem cum dictis Eleemosinis vestra autoritate ordinaria dignemini confirmare consuetudinibus et iuribus adhibitis debitis et consuetis. Datum Primzlaw, Anno Domini Millefimo CCC^o. septuagesimo quarto, ipso die Lamberti, Martiris atque Pontificis gloriosi, nostri conuentus nostrique prepositi prius dicti sub sigillis presentibus appensis in testimonium euidens omnium premissorum.

Aus einem Copialbuche.